



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

XXX. Der Rath der Stadt Rostock ertheilt dem Pfarrer Rothger von Sagunt die Vollmacht, sein Sachwald bei dem Probste zu Ruppin, dem delegirten Richter des Bischofs Heinrich von Havelberg, zu seyn, im ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

cedimus nihilominus dictis monachis, ut exempta uilla et in culturam agrorum redacta, dictam Ecclesiam in oratorium siue Capellam ualeant conuertere et nullius obstante contradictione suis usibus plenius applicare. Ipsi uero Abbas et conuentus monasterij supradicti se nobis in quibusdam diuinis obsequijs pro salute animae nostrorumque successorum inibi perpetuo exequendis liberaliter obligarunt, ut pote lampadem iugiter ardentem ibidem compareant et habeant et missam unam pro peccatis singulis septimanis diei faciant omni tempore, quo durabit locus superius memoratus. Datum Anno dominij Millesimo decimo nono, In die Beatae Elyzabeth.

Nach dem Copialbuche des Kl. Himmelfort Nr. XLV.

XXX. Der Rath der Stadt Rostock ertheilt dem Pfarrer Rothger von Sagunt die Vollmacht, sein Sachwald bei dem Probst zu Ruppin, dem delegirten Richter des Bischofs Heinrich von Havelberg, zu seyn, im Jahre 1320.

Honorabili viro Domino Johanni, Rupinenfis ecclesie Preposito, Judici subdelegato, ut asseritur, a venerabili in Christo patre Domino Hinrico, Havelbergenfis ecclesie Episcopo, iudice unico, ut dicitur, a sede apostolica delegato Odbertus de Zelowe, Arnoldus Copmann, Johannes Pape, Thidericus Friso, Nicolaus de Kyritz, Johannes de Vemerem, Confules opidi Rostoch, seruicium eorum in omnibus promptum. Reuerencie vestre insinuacione presencium facimus manifestum, quod nos anno Domini MCCCXX, feria sexta post dominicam, qua cantatur misericordias Domini, in ecclesia sancte Marie dicta missa, in presenciam honorabilis viri Domini Hermanni Prepositi in Vemerem ac Rectoris ecclesie ejusdem, nec non consulum civitatis Rozstoch ad hoc specialiter rogatorum, Dominum Rothgerum, Rectorem ecclesie in Saghunte, presentem et in se procuracionis officium sponte recipientem, constituimus et ordinavimus nostrum procuratorem verum et legitimum ac nuncium specialem in causa et causis, quam vel quas nobis movet seu movere intendit coram vobis Petrus dictus Hovesche, ad defendendum et agendum, excipiendum, replicandum, litem contestandum, juramentum de calumnia seu cujuslibet alterius generis juramentum praestandum in animas nostras atque suam, ponendum positionibus, respondendum, testes et instrumenta producendum et partis adverse reprobandum, expensas petendum, sententiam vel sententias audiendum, appellandum et appellacionem prosequendum, apostolos petendum et recipiendum alium procuratorem loco sui substituendum et in se procuracionis officium resumendum quotiens et quando sibi visum fuerit expedire et ad omnia alia et singula faciendum, que facere poterit procurator legitime constitutus et que nos ipsi facere possemus, si ipsi cause nos contingeret personaliter interesse, gratum et ratum habituri quicquid per dictum procuratorem nostrum actum seu factum fuerit in premissis seu quolibet premissorum. Volentes etiam dictum procuratorem nostrum releuare ab omni onere satis dandi, promittimus pro ipso sub ypotheca rerum nostrarum, iudicatum solvi, cum omnibus suis clausulis si non fuerit appellatum. In cuius rei testimonium presens procuratorium sigillo honorabilis viri Domini Hermanni Prepositi in Vemerem ac Rectoris ecclesie sancte Marie in Rozstoch nec non sigillo civitatis jam dicte procuravimus sigillari. Actum et datum Anno die et loco supradictis et nos Hermannus Prepositus jam dictus et nos consules civitatis Rozstoch rogati a consulis supradictis in recognicionem premissorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Nach einer Copie der Joachimsthalschen Schulbibliothek.